


EX LIBRIS
ILLVSTRISSIMI VIRI,
DN. DAN. LVDOLPHI,
LIB. BAR. de DANCKELMANN,
S. REG. MAI. BORVSS. CONSILIARII
STATVS INTIMI, cetera,
BIBLIOTHECÆ ACAD. FRIDERICIANÆ
TESTAMENTO RELICTIS.

68
71



VOTA NUP TIALIA
D I C A T A

HONORI OMNI

virtutis splendore, & exultâ litera-
rum elegantiâ Ornatissimi Iuvenis,

Dn. Antonij Waldenbergeri,

Scholæ Francohusanæ Collegæ
ducentis,

Piissimam & Honestissimâ virginem

M A R I A M,

*Speçtatissimi & Prudentiâ autoritateq; pra-
stantissimi viri Dn. VVOLFGANGI F A-*

*B R I, pæ memoria, olim quæstoris in
Dreske relictam filiam,*

à

Collegis eiusdem Scholæ 22. Sept. Anno 1600.

J S L E B I Æ,

Excudebat Bartholomæus Hornigk.





Q Vanquã Socratico nostra hac ætate labori,
Gratia rara venit, si tamen vlla venit
Et tamen acri oneri tandem, qui cuncta gubernat
Ipse Panomphæus præmia digna refert,
Scilicet hoc Fati est, vt dulce aspergat acerbis,
Quod refero exemplo Sponse nouelle tuo.
Nam ne succumbas oneri, quod sedulus vrges,
Adiungit sociam libera cura Dei.
Ambigis? en Sponsæ mores ac ora tuère:
Sedula; non fallax; blanda; pudica; pia est.
Hæc igitur tristes vitæ, sordisq; labores
Auferet; hæc fundet iubila Sponsa noua.
O te felicem nimium, quem munere tanto
Conjugij sacri, Fata secunda beant!
Gratulor, & sacro Dij Numine cæpta secudent
Comprecor, & lætos dent sine fine dies.

*M. Laurentius Schreck Rudelst.
Scholæ Franconhusianæ Rector.*

A L I V D.

Quid sibi perpetuo remeans quid flamine cordis
Spiritus, ardentesq; precum pie Sponse calores

A 2

Vellent:

Vellent: quid sanas ardens doctasq; Camænas
 Feruor, quem vegetum noctes videre diesq;
 Hactenus obtrusum latuit non raro stupentem.
 Sed quid? AMOR tanti tibi flamina suspiratus
 Eggeßit puro captus suspirat amore.
 Mens cælestis Heri metuens ad vota precesq;
 Impulit Antonium: thalamo pia vota parabunt
 Sponsam sponse piam, pignus prece cedet amatum.
 Totq; exantlati cerebro sudante labores
 Quid nisi legitimo voluere reciproca noti
 Cordis tela tuum penetrarent illice pectus?
 Sic prece captus amor doctissime sponse Maria,
 Quum flagras, equo redijt cumulat us amor.
 Cui non flammifico tanta pietatis & artis
 Et generis splendor pectus perstringeret æstu?
 Quis non exemplar vere pietatis & instar
 Nominat Antonium? quem doctis artibus auctum
 Corlatet Antonij? quis non felicitis acumen
 Suspicit ingenij? viridi mox tempore fronde
 Laurus cinget honor, precium virtutis & artis.
 Hunc amat Historia Clio Regina. quis ab quis
 Nescius insignis docta pietate parentis?
 Quo nunc fama sui clarissima nomina patris,
 Ab functi patris, vexit pernicious alis?
 An velles alij, detur si libera Nympha
 Optio, coniungi socialis fœdere lecti?
 Et te condigna statuit Venus alma maritum
 Coniugis (Hem venerem) Deus inspirare calorem
 Creditur equicolam: caram tibi sponse Mariam
 Connubio iunxit stabili, propriamq; dicavit
 Iova Dei donum est contux pia, candida Coniux.
 Nupsistis fausto par sponsum numine. Sed quid?

Tristia

Tristia desponsa praese fert omnia nomen.
Quid quaso tibi vis Mariam ducendo maritam?
Nescis quale genus Maria? quid? omen Hebraei
Nominis haud metuis copis terroris abundum?
Sunt ne, quos miseret miserae sortisq; vicisq;
Sponse tuae spacio totius noctis amari
Ah quoties vdo spumas salis aere ruendum!
Ah quoties magnis veniet Salsugo voranda
Grumis! O nossem pote quod medicare marini
Hanc fellis labem. Sed iam subit utile menti
Pharmacum! ambrosii dulcorem Nectaris intus
Eliciens. Venus hoc nostram suffudit in aurem.
Vn dicam? Veneris tacitum iubet esse tribunal
Idq; tuis scibit tedis desponsa puella.
Scit, scibisq; tori tegumento quando sub vno
Cum sponsa fueris si non dulcatur amaror;
Si persentisces mendacia dixit Chytream,
Post ego sponse decem menses sum pendere penas
Vel quas vis promptus, sed iusti munera sculna
Filiolo mandabo tuo, quo teq; Tuamq;
(Haud fallunt animum praesagia) Iova beabit.
Desino. Securus mordacis sponse cauilli
Istius Lippi cum dulce compare molli
Membra repono toro. grata quifecit amice
Participem, dabit & quibus indiget usus & esus.

Antonius Töpffer Thobanus Scholae
Francenhusanae Conrector.

Et tandē, Antoni, quoq; sub sua vincla redactū
 Arma Cupidineæ te tetigēre manus?
 Victus es; Idalij succumbis miles Amoris,
 insolitâ gestans saucia corda face.
 Iamq; ardes, tacitam vultu flammamq; fateris,
 Et elamas tremulo pectore vulnus alo.
 Vulnus alis sanè medijs medicabile nullis,
 Vulnus cui medicas scit dare nemo manus,
 Nil valet hîc Hermes, nil maximus arte Galenus,
 Nil valet hîc succis, Pharmacopola suis.
 Ergò quod emplastrū, quæris, tibi vulnera tollet,
 Vllum quandoquidem non medicamen adest?
 Ehem: non doleas, curis mentemq; fatiges,
 Quæ trepidi sanet vulnera cordis, adest:
 Herbula secretis Northusæ crevit in hortis,
 Herbula cui M A R I Æ nobile nomen inest,
 Hanc solam cupidis tibi mox adiunge lacertis,
 Sana tibi an non sint vulnera, deinde refer?
 Non dubium; facili curatrix optima tactu.
 Quin possit medicas applicuisse manus.
 Ergò nouâ, hac quæ luce datur tibi, sponse, maris
 Fac vt constanti semper ames animo. (tam
 Quam fandi decus, & mores, & origo parentum,
 Virtus, & formæ munera grata, notant. Hæc

Hæc te lætitiæ placidis circumdabit alis,
Si tua mens mœstis rebus onusta iacet.
Postq; Scholæ exhaustos cerebro sudante labores,
Hæc requies fesso grata laboris erit.
Tu quoq; sponsa tuum fido cole amore maritum,
Quem clarant doctæ cognitionis opes. (mos,
Quot spicas, quot culta gerit Francknhusa race
Albi quotq; salis grana Salina coquit:
Gaudia tot sponfis numerosos opto per annos,
Felix sit torus: & prole sit aucta domus.
Cætera qui vobis donavit, donet & annos
Nestoreos, & post vltima fata polum.

Paulus Hirsch eiusdem Scholæ Cantor.

Apostrophe poëtica Antonij Waldenbergeri
Sponsi ad Sponsam, qua illam adhortatur ad constantiam
& fortitudinem in excipiendis calamitatibus Phocis,
quæ in Oceano connubiali plurima & tremenda mole
occurrunt, adhibitis ad eam rem idoneis & vſitatis ar-
gumentis.

*Q*uid mea Penelope gemitu quid pallida pulsas
Pectora? Sycanium ceu transmissura per equor
Dum cernit vastos infando iurgite fluctus
Fœmina, sollicitum subit ossa paventia frigus
Ilicet, ac patrios, mallet repetisse penates
Nî tumidum suaderet iter spes læta subire.
An tuo, inaccessa, facies densissima, sylva

Tigresq;

Tigresq; vrsiq; & thalami gens seu a leonum
 Terrorem instigunt animo pectusq; fatigant?
 O anim pars altra mea depone timorem
 Tramite non alio datur vlli accessus ad astra
 Et dulces patriæ fines, aternaq; regna.
 Quàm per tot casus, per tot discrimina rerum.
 Sed queris quis rector eat? quis gressibus artem
 Deuia ne vanis pressent illisibus, addat?
 Qui sobolem Hannæam Medas comitatus in oras
 Incolumen felix deduxit ad ora parentis.
 Quiq; Palestinos in Bacchi munera fontes
 Conuertens tædis decus addidit ordinis auctor.
 Horrida per dumeta in florida pertrahet arua.
 Quinetiam ipse legam semper vestigia primus
 Aut lateri annexus subiecto corpore molem
 Excipiam: haud aliter quàm quos ornauit honore
 Ac titulo fidei Romana præsul in vrbe.
 Aut qualis Gracchus, non qualis Thessalus heros
 Vxor is qui fata, sua mutare salutem
 Sustinuit: furij mandandus Thessalus heros
 Christe veni & flammis, quibus ardes agmina sancta
 Deuota mq; tibi turbam: succensa perure:
 Pectora, vt alterno, conspirent semper amore:
 Et sobolem si quando dabis, pietatis vt almo
 Pasta cibo templis operas facpendere possit
 Dignas atq; Scholis: que passim pondere nutant
 Ac inopes eheu ventis agitantur iaiquis
 Extremumq; animas, cum mors horrenda tabernam
 Pulsabit, fessas; gremio defende quieto.

Fidei equi
 tes à Pau
 lo 4. Pon
 tifice no
 uo & inu
 sitato ritu
 creati O
 nuphrius
 in vita
 Pauli 4.
 pag. 488.
 De Tib
 rio Grac
 cho & Ad
 meto rege
 Thessalia
 vide Val.
 Max pag.
 216. 217.

FINIS.

W 1996

8


ULB Halle 3
 002 063 808



nicht aufg., da unvollst. u.
 nicht zu ermitteln!
 28 a / 50 1996 /

W 17 M





68
71

*VOTA NUPTIALIA
D I C A T A*

HONORI OMNI
virtutis splendore, & exultâ litera-
rum elegantia Ornatissimi Iuvenis,
Dn. Antonij Waldenbergeri,
Scholæ Francohusanæ Collegæ
ducentis,
Piissimam & Honestissimã virginem
M A R I A M,
*Spectatissimi & Prudentiâ autoritateq. pra-
stantissimi viri Dn. VVOLFFGANGI F A -
B R I, pie memoriae, olim questoris in
Dreske relictam filiam,*
à
Collegis eiusdem Scholæ 22. Sept. Anno 1600.
J S L E B I Æ,
Excudebat Bartholomæus Hornigk.

